



213.



299  
Disputatio IX.

DE IURISDICTIONE

QVAM,

Auspice ac Duce Deo,

PRÆSIDE,

Cl. ac consultissimo V.

D. HENRICO BO-  
CERO, SALCATENO, IV-  
RISCONSULTO ET ANTECESSO-

*re ac Professore celeberrimo in Academia Tubingensi:  
Domino Praeceptore suo obser-  
uando,*

ORDINARIi EXERCITII GRATIA  
in auditorio consueto, tempore & horâ statim,  
proponit

CASPAR VUAGNERVS, FRANCVS,  
POETA CORONATVS.



TUBINGÆ,

Excusit Georgius Gruppenbachius.

ANNO MD. ID. IC.

✠

104

Indice

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO

PHILIPPUS BO



I.

# Disputatio IX.

## DE IURISDICTIONE.

### THESIS I.

**I**NSPICIENDA NOBIS MODO EA PARS iuris nostri, quæ est de iurisdictione, nobilissima quidem, frequens & quotidiana, sed qua vix vlla magis perplexa, minùs expedita, verùm commentis interpretum eum in modum conturbata, vt ab illis non intellecta planè videatur.

#### II.

Est autem iurisdictionis potestas (a) iuris dicendi, id est, reddendi siue decernendi, constitutum ius (b) negocijs illis, ad quæ pertinet, modò legitimè acquisita. (c) Quam potestatem qui habet, iurisdictionem exequi, (d) & præesse iurisdictioni, (e) tum etiam explicare iurisdictionem (f) dicitur.

a) Est hoc genus iurisdictionis omnibus eius speciebus commune, quæ sunt iurisdictionis, ita specialiter dicta, mixtum imperium, & imperium merum, vti postea ostendemus. Specialis iurisdictionis potestas dicitur in l. vlt. ff. de off. præf. vbi. l. eum qui. 13. §. 1. ff. de iurisdic. & sentit Donellus lib. 17. Comment. cap. 6. pag. 17. Dissentit Dominus Obrechtus in disp. de iurisdic. & Imperij principijs. th. 88. mixtum item Imperium appellatur potestas in l. potestatis. ff. de V. S. l. pen. ff. ne vis fiat ei. & l. 1. §. necessariò, ibi: non pratoria potestate. ff. si ventr. nom. mulier. Merum quoque imperium vocatur potestas in l. 3. ff. de iurisdic. & l. solent. 6. in prin. ibi: gladij potestatem. ff. de off. procons. (b) Quod enim est ius dicere in l. meminisse. 10. ff. de off. procons. l. Senatusconsulto 16. ff. de off. præf. l. 1. l. qui iurisdictioni. 10. l. est receptum. 14. l. si conuenerit. 18. & l. vlt. ff. de iurisdic. l. 1. §. an autem. ff. de suspect. tutor. l. non possunt. 12. ff. de Leg. l. ille à quo. 13. §. vlt. ff. ad Trebell. l. vn. §. 1. ff. si quis ius dicenti. Id ius reddere est in l. obseruandum. 19. in princ. & §. 1. ff. de off. præf. l. 2. §. ergò ex his. ff. de orig. iuris. leg. penult. ff. de iust. & iur. l. 3. C. de sent. ex peric. recit. Item ius decernere in leg. penult. ff. de legibus. dict. leg. 2. §. post originem iuris, vbi Cuiacius ff. de orig. iuris. Quia verò non quoduis ius singulis negocijs est aptum & accommodatum, idcirco in definitione dicimus

negocijs

CLASSIS QUARTA

negocijs, ad quæ pertinet, id est, quibus à Legislatore accommodatum est. (c) Nomen enim cuiusvis est iurisdictionem exequi, ius dicere, ius decernere, ius reddere l. ait Prætor. 5. ff. de re iudic. & l. 3. C. de iurisdic. sed eius tantum, cui hæc potestas legitimo aliquo modo constituta est. d. l. 2. §. post originem. 13. & §. certè ex his. 34. ff. de orig. iur. l. 1. in pr. ff. de off. eius, cui mand. est iurisdic. l. & quia. 6. l. qui iurisdictioni. 10. l. magistratibus. 12. & l. seq. l. pen. & ult. ff. de iurisdic. l. ea 26. ff. ad municipal. (d) d. l. 3. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. (e) l. qui iurisdictioni. 10. ff. de iurisdic. & d. l. non possunt. 12. ff. de leg. (f) l. 2. ff. de iurisdic.

III.

Vt verò in alium sensum iurisdictionis nomen apud Callistratum, (a) & Ulpianum, (b) iurisconsultos rapiamus, nulla nobis idonea ratio succurrit. (c)

a) in l. Diuus. 31. ff. ad L. Cornel. de fals. (b) in l. nam ut ait Pedius. 13. ff. de leg. l. 3. §. sed etsi. 5. ff. iudicat. solui. & l. 3. in pr. ff. de postul. (c) secus videtur D. Obrechtio in dicta disp. de iurisd. & Imp. princip. th. 14. & seqq.

IV.

Non probamus iurisdictionis definitionem à Glossa & Dd. confictam, quæ hæc est: (a) iurisdictionis est potestas de publico introducta, (b) cum necessitate (c) iuris dicendi (d) & æquitatis statuentis. (e)

a) ad l. 1. ff. de iurisdic. & in Nouell. 15. c. 1. §. iusurandum. (b) Non hæc tantum, sed & alia potestas de publico introducta est. Et iurisdictionis etiam præscriptione acquiritur, (c) cui iurisdictionis data est, is eam omnino exercere tenetur, ut proinde hæc adiectio superflua videatur. (d) His verbis vera iurisdictionis forma continetur, nec est obscurum, quid sit ius dicere. Diss. D. Obrechtus. in d. disp. thesi 91. & 102. (e) æquitatem statuere propriè legislatoris est, non ius dicentis.

V.

Nec probamus eorum (a) figmentum, qui iurisdictionis nomen à iure & ditione deductum volunt. (b)

a) Ut sunt Azo, Fulgosius, Zasius & alij haud pauci, (b) tum quia hæc derivationem & notationem ipsa nominis figura & literarum numerus planè respuit, cum iurisdictionis non dicatur iurisditio, tum quia ditio significat tantum imperium cuiusdam vel privati. l. 2. C. de libert. vel cor. liber. vel totius alicuius populi §. quorum utramq. in præm. Instit. tum postremò quia iurisdictionis nomen deduci à iure dicendo patet ex L. L. supra ad Th. 2. sub litera B. adscriptis.

Ceterum

## VI.

Cæterum quid sit Iurisdictio, dispiciendum dehinc de eius differentia & qualitate, tum quibus modis acquiratur, & acquisita exerceatur, tum etiam quomodo amittatur & finiatur.

## VII.

Differentia Iurisditionis ex eius diuisionibus, & ex his qualitas illius cognoscitur. Diuiditur autem vniuersaliter Iurisdictio in duas species; quarum altera similiter Iurisdictio dicitur; altera imperium appellatur. (a) Quam vtramque Iurisditionem qui habet, plenissimam Iurisditionem, (b) habere dicitur.

a) L. 3. vbi Bart. & cæteri DD. iuncta Rubr. ff. de Iurisd. L. 1. in pr. & S. 1. l. vlt. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd. C. Episcopus, t. ne Episc. vel Monach. secul. neg. se immisc. Vtramq; hanc Iurisditionis speciem agnoscit quoq; Flaccus, cum ait: Regiones dicimus, intra quarum fines magistratibus ius dicendi, coercendique est libera potestas. At Dn. Obrechtus in dicta disp. th. 35. negat Iurisdic. omnis vocabulum generis & speciei nomen esse. Et in th. 36. 37. & 50. Iurisditionis nomine generali imperium quoq; contineri negat. (b) l. si in aliam. 7. S. vlt. ibi. plenissimam autem Iurisditionem Proconsul habet, iunctis legib. seqq. ff. de offic. Procons.

## VIII.

Iurisdictio, ita specialiter dicta, est potestas reddendi siue decernendi Iuris in negotiis ciuilibus sine coercitione consistens, (a) DD. simplicem vocant Iurisditionem, sed incaute, cum ei mixtum imperium insit & cohæreat. (b)

a) Negotia, ad quæ Iurisdictio pertinet, vel ciuilia sunt, vel criminalia. t. de pace Constantia. §. illos Romanorum, ibi: Iurisdictio tam in causis criminalibus, quàm pecuniarijs. l. 2. §. & quia, ibi: de capite ciuis Ius dicere ff. de orig. Iuris. tot. tit. Cod. quando ciuil. act. crimin. præiud. l. vlt. ff. de furt. §. In summa. Inst. de iniur. Iurisdictio autem, quæ in criminalibus consistit negotijs, imperium merum appellatur, l. 3. vbi DD. ff. de Iurisdic. & infra latius ostendetur. Vnde sequitur, specialem Iurisditionem ad ciuilia tantùm pertinere negotia. Sed quia mixtum quoq; imperium ad ciuilia spectat negotia, verum à Iurisditione hoc differt, quòd modica continetur coercitione l. 1. in fin. & l. vlt. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisdic. idcirco addimus in definitione sine coercitione. (b) l. 1. in ff. & l. vlt. ff. de off. eius. & l. 3. ff. de Iurisdic.

CLASSIS QUARTÆ

IX.

Hæc Iurisdictio modis quibusdam distinguitur: Primò, alia est ordinaria, alia extraordinaria. (a) Ordinaria Iurisdictio est, quæ Iure magistratus, id est, ex eo solo, quod magistratus est, alicui competit, (b) & alteri absque lege speciali mandari potest. (c) Eaque interdum simpliciter Iurisditionis verbo significatur. (d)

a) *l. si in aliam. 7. in §. fin. ff. de off. procons. iuncta l. 1. in pr. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisdict. d. l. 2. §. & hæc omnia. ff. de orig. Iur. Cuiac. in Parat. Cod. tit. de Iurisdict. (b) per text. in d. l. 7. §. vlt. ff. de off. procons. & d. l. 1. in princ. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd. (c) *l. more. 5. ff. de Iurisd. & d. l. 1. in pr. ff. de off. eius. (d) in l. muto. 6. §. Tutoris datio. ff. de tutel.**

X.

Exempla huius Iurisdictionis varia sunt, veluti cognoscere & iudicare de litigatorum priuata pecuniaria siue familiari controuersia, (a) litigantibus specialem Iudicem dare, id quod magistratus vir bonus, (b) tum etiam in integrum restituere, (c) edictalem bonorum possessionem dare, (d) de suspectis tutoribus vel curatoribus ciuilitèr cognoscere, (e) iubere caueri prætoriam stipulatione, veluti damni infecti, (f) iubere possideri bona eius, qui damni infecti non cauet, (g) mittere in possessionem ventris nomine, vel legatorum seruandorum causa. (h)

a) *l. sepè. 8. & l. seq. ff. de off. præf. l. 3. in f. ff. de Iurisdict. (b) l. cum Prætor. 12. §. 1. vers. Item hi. ff. de Iudic. l. vlt. ff. de off. præf. vrbi. l. 1. §. 3. ff. de appell. l. 1. & l. vlt. ff. Quis & à quo appell. Cuiac. in l. 2. Pauli ad edict. pag. 20. & in lib. 17. Pauli ad edict. pag. 228. (c) *l. vlt. C. vbi & apud quem rest. in integr. per. poss. (d) l. pen. §. vlt. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisdict. l. vlt. ibi: apud quemlibet Iudicem. C. qui adm. ad bon. poss. (e) per l. 1. §. an autem ff. de susp. tutor. l. 4. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisdict. (f) d. l. pen. §. vlt. ff. d. t. l. 1. l. 4. in pr. & §. §. seqq. ff. de damn. infect. (g) d. l. 4. §. 1. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisdict. l. 1. l. 4. in pr. & §. 1. 2. & 3. ff. de damn. infect. (h) d. l. pen. §. vlt. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd.**

XI.

Extraordinaria Iurisdictio est, quæ non Iure magistratus, sed ex speciali lege, SCto, vel principis constitutione competit, (a) proindeque mandari nequit, (b) veluti specialem in prouinciis Iudicem dare, (c) pupillis tutores constituere, (d) alienantibus, tutoribus & curatoribus prædia pupillorum vel adolescentum, (e) vt & manu-



manumittentibus minoribus, 25. annis, (f) transigentibus item de alimentis vltima voluntate relictis, (g) tum etiam adoptantibus, (h) auctoritatem præbere.

a) *l. si in aliam. 7. §. vlt. ff. de off. procons. l. 1. in pr. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd.* (b) *l. more. 5. ff. de Iurisd. & d. l. 1. in pr. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd.* (c) *l. cum Prætor. 12. §. 1. ff. de Iudic. l. legatus. ff. de off. procons. & docet Cuiac. in lib. 2. Pauli ad edict. pag. 20. De procuratore Casaris in causis fiscalibus est text. in l. Ex consensu. 23. §. 1. ff. de appell. l. nec quicquam. 9. in pr. ff. de off. procons. Cuiac. in lib. 12. Pauli ad edict. pag. 228. & in lib. 19. Responsor. Papi- niani pag. 597. & seq. De Iudice à Principe dato est text. in l. 5. C. de Iudic. (d) Quòd potestas constituendi pupillis tutores sit Iurisdictionis, arguit abundè text. in l. 1. ff. de Iurisd. l. 3. §. sed et si ff. iudic. solui. & l. 3. ff. de postul. & docet Donell. lib. 17. comment. cap. 8. pag. 27. circa finem. Quod autem extraordinaria sit Iurisdictionis, eo vincitur ex textu in l. tuto. 6. §. tutoris datio. ff. de tutel. & l. nec mandante. 3. ff. de curat. & tutor. dat. ab his. (e) *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 2. §. 1. vbi Costal. ff. de off. cui mand. est Iurisd.* (f) *§. eadem lege Ælia. Inst. qui & quib. ex caus. manumitt. l. 2. l. 3. ff. de off. Procons. l. 3. ff. de off. cui mand. est Iurisd.* (g) *l. cum hi. 8. §. sed nec mandare. ff. de transact.* (h) *l. 2. §. 1. & l. seq. ff. de off. procons.* At vide Donell. lib. 17. Comment. cap. 8. pag. 30.*

## XII.

Deinde specialis Iurisdictionis vel cognitionis est, (a) vel Imperij, (b) Cognitionis Iurisdictionis est, quæ ad dirimendam partium ciuilem controuersiam pertinet, & in iudicando Iudicemq; specialem dando, (c) consistit.

a) *l. sepè. 8. & l. seq. ff. de off. præf. l. ait prætor. 5. & l. quidam consulebat. 57. ff. de re iudic. l. notionem. 99. in pr. vbi Ioann. Gæddeus ff. de verb. signif. (b) l. 4. ff. de Iurisd. & l. ea qua. 26. ff. ad municipal. (c) *d. l. sepè. 8. & l. seq. ff. de off. præf. & l. 3. in f. de Iurisd. & l. 2. C. de Pedan. Iudic. Duaren. ad tit. ff. de Iurisd. cap. 2.**

## XIII.

Magistratus ipse cum de partium controuersia iudicat, & sententiam de ea profert, ius dicit, (a) At cum iudicat Iudex à magistratu datus, ius non dicit, sed tantum de partium causa, id est, de ipso facto cognoscit, (b) cum notionem tantum, non etiam Iurisdictionem habeat. (c)

a) *l. ait Prætor. 5. ff. de re iudic. l. 2. §. post originem ff. de orig. Iuris. l. non possunt. 12. & l. seq. ff. de legib. Donell. lib. 17. comment. cap. 6. pag. 18. vers. illud for- tase. Ioann. Robert. lib. 4. sent. cap. 22. Coras. lib. 3. miscell. cap. 6. obstare videtur*  
l. quæ

CLASSIS QUARTA

*l. quidam consulebat. 57. vers. proinde. ff. de re iudic. Per quem locum etiam contrarium sentit Francisc. Duar. in Apologia de Iurisd. & Imp. aduersus Eguenarium Baronem. (b) l. ordine. 15. ff. ad municipal. l. 1. §. quorum. ff. ad SC. Turpill. C. d. l. ait Prator. 5. ff. de re iudic. l. vlt. C. vbi & apud quem rest. in integr.*

XIV.

Specialis iurisdictio Imperij, (a) est, quæ iubendo & imperando magis, quàm cognoscendo explicatur: cuius species sunt iubere cauere Prætoria stipulatione, mittere in possessionem seruandæ rei, vel dotis, aut legatorum seruandorum causa, restituere in integrum, (b) iubere specialem datum iudicem, iudicare, (c) hæredem fiduciarium cogere, vt hæreditatem adeat, eamque fideicommissario restituat. (d)

a) Imperium duo significat. I. potestatem iubendi. II. potestatem coërcendi. (b) l. 4. ff. de Iurisdic. d. l. ea quæ. 26. ff. ad municipal. Quibus locis non negatur omninò Iurisdictionis esse, iubere cauere Prætoria stipulatione, & mittere in possessionem; quippe cum hæc sit Iurisdictionis. l. 1. l. 4. §. Diuus. 3. ff. de damn. infect. Cuiac. ad l. 1. & seqq. ff. de Iurisdic. sed mittere in possessionem videtur mixti esse Imperij. per l. satug. 19. ff. de in ius voc. (c) l. eum qui. 13. ff. de Iurisdic. l. vlt. §. iudicandi quoq. 14. ff. de munerib. & honorib. & l. de qua. 74. in pr. & §. 1. ff. de Iudic. (d) l. ille à quo. 13. §. pen. ff. ad SC. Trebell.

XV.

Tertiò, Iurisdictio alia voluntaria est, alia contentiosa, alia mixta. Voluntaria Iurisdictio est, quæ extra iudicium exercetur inter volentes.

*l. 2. & l. 3. ff. de off. Procons.*

XVI.

Huius genera duo sunt: aut enim solùm autoritate & approbatione magistratus exercetur: aut causæ cognitione magistratus decreto explicatur.

*Hugo Donellus lib. 17. comment. cap. 8.*

XVII.

Prioris generis Iurisdictionem exequitur magistratus in adoptionibus, manumissionibus, emancipationibus, (a) bonorum possessionis agnitione. (b)

a) *d. l. 2. ff. de offic. procons.* (b) *l. 1. ff. de Iurisdic. & l. vlt. C. qui admitt. ab bonor. possess.*

Posteriorio-

## XVIII.

Posterioris generis Iurisdictio expeditur in transactione de alimentis futuris testamento relictis, (a) prædiorum minoris alienatione, (b) & manumissione serui, quæ fit à domino minore decem & septem annis. (c)

a) *l. cum hi. §. in pr. §. igitur. ult. & §. si prætor. 17. & §. seq. ff. de transact. l. de alimentis. C. d. t.* (b) *l. 1. & tot. tit. ff. de reb. cor. qui sub tur. vel cur.* (c) *§. ult. Inst. quib. ex caus. manumitt. non lic.*

## XIX.

Contentiosa Iurisdictio est, quæ inter inuitos & ciuilitèr contententes exercetur. (a) proindeq; ad actiones pertinet omnes, adque ea, quæ nomine actionis continentur, quæq; instar actionis habere dicuntur, vt sunt Prætorix stipulationes, damni infecti, legatorum seruandorum causa, & similes. (b)

a) *l. inter. §. 1. ff. de verb. oblig. Donell. d. lib. 17. commentar. c. 8. pag. 27. vers. contentiosa.* (b) *l. actionis verbo. 37. in pr. ff. de oblig. & act. iuncta l. 4. ff. de Iurisdict.*

## XX.

Ad eandem Iurisdictionem pertinent, quæcunq; iudicij sunt, & quæ ad iudicium exercendum pertinent, veluti Iudicem rei cognoscendæ causa dare.

*l. 1. & l. 3. in f. ff. de Iurisd. Hugo Don. d. c. 8. pag. 27. vers. contentiosa.*

## XXI.

Mixta vel potiùs intermedia Iurisdictio est, quæ in dando tutore vel curatore exercetur; quippe cum tutores & curatores à magistratu etiam inuiti dentur, & quidem absq; iudiciali disceptatione.

*§. sed ex his legibus. vers. Nam supradictis. Instit. de auct. tutor.*

## XXII.

Est præterea specialis Iurisdictio vel propria vel aliena: (a) illam dicimus, quam quis suo proprio non alieno nomine exercet. Hanc appellamus, quam quis habet mandatam ab eo, qui eam propriam habet. (b)

a) *l. 3. ibi: qui alienam Iurisdictionem, & l. 4. in pr. ibi: cum propriam Iurisdictionem. ff. de offic. eius, cui mand. est Iurisdic. (b) l. 1. in pr. & §. 1. l. 2. l. 3. l. 4. & l. 5. ff. d. t.*

## XXIII.

Est autem mandare Iurisdictionem vice sua alium constituere, qui ea exerceat, quæ sibi Iure magistratus competunt.

y

l. solet.

*l. solet. 16. ff. de Iurisd. & d. l. 3. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd. Iacob. Cuiac. in lib. 1. quest. Papin. pag. 4. col. 1.*

## XXIV.

Ille etenim solum mandare suam Iurisdictionem potest, qui eam suo Iure, id est, Iure magistratus, non alieno beneficio habet: (a) Ut nec ille mandat, qui mandatam saltem Iurisdictionem habet. (b)

a) *l. 4. ff. de Iurisd. & l. 1. in pr. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd. (b) l. vlt. ff. d. t.*

## XXV.

Et solet magistratus Iurisdictionem suam mandare, vel omnem, siue vniuersam, id est, totum Iuris dicendi officium, vel speciem, id est, partem eius vnam, veluti vt illum mittat in possessionem rei seruanda causa, vt extra ordinem in aliquos cognoscat, vt illam Iudicis à se dati sententiam exequatur. Sedis, cui mandata est Iurisdictione, fungitur vice eius, qui mandauit, non sua: (a) Vnde cum exequitur Iurisdictionem alienam non pro suo Imperio agit, sed pro eo, cuius mandato ius dicit, quoties partib. eius fungitur. (b)

a) *l. solet. 16. & l. seq. ff. de Iurisd. De executione sententia cum Accusatio quis dubitare posset. per l. à Diuo. 18. in pr. ff. de re iudic. sed quia pars Iurisdictionis mandari potest, & executio sententia Iudicis dati sit Iurisdictionis pars, & quidem summa siue extremal. si quis. § 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. certè & illa rectè mandatur. Cuiac. in lib. 1. quest. Papin. pag. 5. col. 1. (b) l. 3. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd. & d. l. solet. 16. ff. de Iurisd.*

## XXVI.

Etsi verò magistratus mandare suam possit Iurisdictionem, à se, tamen si abdicet eam, nihil agit, id est, non amittit ipsam

*l. pen. ff. de off. pres. Hugo Donell. lib. 17. comment. cap. 8. pag. 24.*

## XXVII.

Cœterùm alius est, cui mandata est Iurisdictione, alius, qui Iudex est datus, licet vulgus Interpretum aliud sentiat. Mandatur Iurisdictione vel vniuersa, vel certa eius species: (a) At omnis Iudex datur tantum ad litem vnam, non ad lites omnes: Vnde Iudex specialis, (b) datus, (c) delegatus, (d) & Pedaneus, (e) dicitur,

a) *d. l. solet. 16. & l. seq. ff. de Iurisd. (b) l. vlt. ff. de offic. Prætoris. l. præses. §. ff. de offic. præsid. (c) l. 2. §. si & Iudex 2. ff. de Iudic. & l. à Diuo. 15. in pr. ff. de re iudicat. (d) l. à Iudice. §. l. properandum. 13. §. 1. C. de Iudic. (e) tot. tit. C. de Pedan. Iudic. vbi vide Iac. Cuiac. in Parat.*

## XXVIII.

Is cui mandata est Iurisdictionis, Iudicem dare potest ad litem aliquam, cum Iudicis dandi licentia pars Iurisdictionis, (a) at Iudex datus alium Iudicem dare non potest, nisi à Principe sit datus, (b) vel à Pontifice Romano delegatus, cui etiã ipsa Iurisdictionis data cõferatur. (c)

a) l. 3. inf. ff. de Iurisd. Cuiac. in l. 1. quest. Papin. pag. 6. col. (b) d. l. à Iudice. §. C. de Iudic. (c) tot. tit. E. de off. & potest. Iudic. deleg. Vide Althus. lib. 2. Iurisp. Rom. cap. 1. pag. 199. vers. Hic à summo Pontifice.

## XXIX.

Is item, cui mandata est Iurisdictionis, Iurisdictionem habet, (a) quippe cum eam suscepisse eaq; uti, (b) dicatur, non quidem propria, sed aliena: (c) At Iudex datus Iurisdictionem non habet, sed tantum causæ cognitionem & pronunciationem, (d) licet executionem sententiæ suæ non habeat, sed is, qui dedit Iudicem, exequitur sententiam à dato Iudice latam. (e)

a) l. 4. §. vlt. ff. de off. procons. Iac. Cuiac. in lib. 1. quest. Papinian. pag. 6. (b) l. 1. §. 1. ff. de off. eius, cui mand. est Iurisd. (c) l. 3. ff. d. t. (d) l. ait Prætor. §. in pr. ff. de re iudic. l. vlt. C. ubi & apud quem cogn. in integr. rest. (e) d. l. à Diuo. 25. in pr. ff. de re iudic.

## XXX.

Mandatum Iurisdictionis finitur morte mandantis, re integra: Iudicis datio non finitur morte dantis, sed durat.

l. venditor. 49. §. vlt. ff. de Iudic.

## XXXI.

Deniq; ab eo, cui mandata est Iurisdictionis, is, qui mandavit non appellatur, cum ipse sententiam dixisse videatur, quam dixit Vicarius, sed prouocatur ille, qui maior est mandante, (a) at à Iudice dato appellatur is, qui dedit. (b)

a) l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell. (b) d. l. 1. in pr. & l. vlt. ff. d. t.

## XXXII.

Est & illud hinc notandum, quod Iure Canonico magistratus, qui Iudicem dat, ordinarius appellatur Iudex, (a) Qui verò ab eo datur Iudex, similiter Iudex delegatus vocatur. (b)

a) t. t. E. de off. Iudic. ord. (b) t. t. E. de off. & potest. Iudic. deleg.

## XXXIII.

Haftenus de Iurisdictione speciali: Sequitur modò de Imperio isti Iurisdictioni opposito. Imperium est Iurisdictionis (a) in coërcendo consistens. (b) Estq; mixtum vel merum. (c)

1 2

a) Iuris-

GLASSIS QVARTÆ

a) *Iurisdictio est genus, eius species sunt Iurisdictio illa specialis, de qua haecenus, & Imperium. (b) l. 1. in fin. & l. vlt. ff. de off. eius. l. 3. ff. de Iurisd. (c) d. l. 3. ff. d. t. & d. l. vlt. ff. de off. eius.*

XXXIV.

Nec probamus Iacobi Cuiacij (a) opinionem, sentientis mixtum Imperium esse Iurisditionem illam specialem, & hanc esse Imperium mixtum. (b)

(a) *lib. 21. obseru. cap. 30. & in lib. 1. quest. Papiniani pag. 11. & 12. col. 1. Idem sentit Dominus Obrechtus in disput. de Iurisd. & Imp. th. 345. & 348. (b) Hoc enim Imperium cum Iurisdictioni cohaereat, l. 1. in f. ff. de off. eius. & Iurisd. in f. l. 3. ff. de Iurisd. idem cum Iurisdictione esse nequit.*

XXXV.

Hoc Imperium à Bart. alijsque eum secutis communiter definitur Iurisdictio, quæ nobili Iudicis officio expeditur, priuatam utilitatem principaliter respiciens, cum tamen Iuris autoritas nobile Iudicis officium non agnoscat: Propria quoque forma huius Imperij definitio vacat.

XXXVI.

Perperam quoque hoc Imperium definit Corrasius, cum dicit, quòd sit autoritas & potestas decernendi, dandi, dicendi, addicendi & coërcendi in pecuniariis causis, citra tamen litis controuersiaque decisionem, quippe cum tribuat huic etiam Imperio, quæ sunt specialis Iurisdictionis.

XXXVII.

Definitur à quibusdam Imperium mixtum, & hoc modo, quòd sit potestas, cui Iurisdictionis inest, & quæ Iure magistratus proprio & ingenito competit. Atqui hæc definitio non modò obscura est, sed & nulla nota mixtum Imperium à speciali Iurisdictione secernit.

XXXVIII.

Autoribus autem Iuris nostri mixtum Imperium est potestas modicè coërcendi eos, (a) qui specialem Iurisdictionem exercenti contumaces & inobedientes se præbent. (b) Ita dictum, quòd Iurisdictioni cohaeret, (c) atque inest. (d)

(a) *d. l. 1. in f. & l. vlt. de off. eius. (b) d. l. vlt. ff. d. t. & l. 2. ff. de Iurisd. (c) d. l. 1. in f. ff. de off. eius. (d) d. l. 3. ff. de Iurisd. Accursius autumat mixtum dici, quòd ad eius constitutionem & merum Imperium & Iurisdictionis concurrat, sed malè, cum à mero Imperio specie differat. l. 3. ff. h. t. Bartolus & assecla ipsius renuntiant, mixtum vocari, quòd Imperij & Iurisdictionis sit particeps.*

Est

## XXXIX.

Est ergo mixti imperij omnis coërcitio contumaciæ in eum, qui ius in ciuili causa dicit: veluti missio in bonorū possessionem ob contumaciam debitoris, (a) pignoris capio ob eandem causam facta, (b) bannum ciuile, in quod ius dicens contumaciam declarat, (c) verberatio, quæ ex eadem fit causa (d) in vincula conijcere eum, qui contumax in iudicium existit, (e) tum etiam torqueri eundem, (f) & mulctam eidem irrogare, (g) & id genus alij actus, veluti coërcere eum, qui in causa ciuili falsum produxit instrumentum, vel iniquum testimonium dixit, deijcere possessione mulierem, quæ ventris nomine in possessione est, condemnari contumaces in expensas. (h)

a) l. 4. §. an tamen. ff. de damn. inf. l. satūq. 19. ff. de in ius voc. l. Fulcinius. 7. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. (b) §. pen. instit. de satisfat. Tutor. §. sed ex his, vbi Gl. instit. de Attil. Tutor. l. 1. §. quid ergo. 3. ff. de insp. ventr. l. si & iure. 10. ff. qui pot. in pign. hab. l. si pignora. 50. & l. si plus. 74. §. 1. ff. de euct. l. sacrilegi. 9. §. vlt. ff. ad L. lul. peculat. Cuiac. in lib. 1. quest. Papin. pag. 12. col. 2. (c) Br. ad l. illicitas. §. fin. n. 1. ff. de off. presid. Gl. in l. 1. in pr. in verb. extraordinem. ff. de administr. tut. De hoc banno Ciuili vide ord. Cam. Imp. part. 3. tit. 43. §. 1. Et ordin. Cam. Rotvveil. part. 3. tit. 15. Gail. de pace publ. lib. 2. c. 5. n. 2. & cap. 6. n. 1. Mynsing. cent. 5. obs. 11. n. 4. (d) per l. ossa. 8. §. si in locum. ff. de relig. Iason. ad l. 3. n. 24. in F. & ibid. Br. n. 11. ff. de iurisdic. Cuiac. in lib. 1. q. Papin. pag. 11. col. 2. in f. (e) d. l. sacrilegi. 9. §. vlt. ff. ad L. lul. pecul. Gl. & Br. ad l. consentaneum. C. quomodo & qu. Iudex. Maranta part. 6. tit. de contumac. n. 16. Zasius ad d. l. 3. circa finem. ff. de iurisdic. Cuiac. in d. lib. 1. quest. Papin. pag. 11. col. 2. in fine. (f) per l. ob carmen. §. si ea. ff. de testib. & Nou. 90. de test. c. 1. §. si verò. (g) per l. 1. §. quid ergo. 3. in f. ff. de ventr. insp. l. omnibus iudicibus. C. de sportul. & l. 2. §. 1. ff. si quis in ius voc. Bart. in l. magistratibus. 12. n. 2. ff. de iurisdic. Brun. consil. 32. n. 11. lib. 1. consil. feudal. Cuiac. in lib. 1. q. Papin. pag. 12. col. 1. Dissentit Ioach. Mynsing. resp. 25. n. 2. (h) per d. l. vlt. ff. de off. eius, cui mand. est iurisdic. io.

## XL.

Cæterum dare bonorum possessionem, iubere caueri Prætoria stipulatione, restituere in integrum, specialem dare iudicem, eumq; iubere iudicare, cognoscere de causis ciuilibus, siue pecuniarijs, quæ sunt vlt. 300. aureos, causis item status, id est, libertatis, seruitutis, ingenuitatis, libertinitatis, dare pupillis tutores, alienationi rerum minoris, transactioni de futuris alimentis testamento relictis, manu-

missioni, adoptioni auctoritatem præstare, (a) castigare corpus delinquentis, qui iudicatum ob inopiam facere non potest, (b) mixti imperij esse contra communem DD. opinionem intrepidè negamus.

a) Tum quia mixtum imperium est coërcitio siue animaduersio modica in contumaces. l. 1. inf. l. vlt. ff. de off. eius. Tum quia mixtum imperium mandata iurisdictione mandatum tacitè videtur. d. l. vlt. ff. d. t. at hæc partim non nisi expressè & nominatim mandantur alij. l. pen. §. 1. ff. d. t. partim mandari non possunt, vt que non ordinaria sed extraordinaria iurisdictionis sunt, & non iure magistratus competunt, sed speciali aliqua Lege vel Scto, vel Principis constitutione  
 (b) Nam mixtum imperium est modica coërcitio solius contumaciae & inobedientia in eum, qui ius dicit, non est coërcitio delicti.

## XLI.

Momentosa autem apud DD. est quæstio, vtrum mandari mixtum imperium possit, necne? At quia hoc imperium semper coheret iurisdictioni speciali, (a) eiq; inest, (b) mandata ipsa iurisdictione, quin simul etiam tacitè mandatum sit, dubitari non debet. (c)

a) l. 1. §. vlt. ff. de off. eius. (b) l. 3. ff. de iurisdic. (c) l. vlt. ff. de off. eius, cui mand. est iurisdic.

## XLII.

Cæterum quamuis ex supradictis abundè cognoscatur, probam non esse Bartoli distinctionem, ab alijs communiter acceptam, qua mixtum imperium in sex dispertit gradus, & aliud maximum, aliud maius, aliud paruum, aliud minus, aliud magnum, aliud minimum facit, at tamen iuuat aliquantò altius vitia illius inquirere hoc loco.

Br. d. l. 3. n. 17. & seqq. ff. de iurisdic.

## XLIII.

Maximum definitur, quod soli Principi competit, concernens actus voluntarios: vt quod consistit in præstanda venia ætatis, & interponenda auctoritate in arrogatione, & infantium emancipatione.

## XLIV.

Verum hæc cum soli imperatori competant, non iurisdictionis, sed iuris regalis dicenda erunt.

## XLV.

Maius imperium mixtum dicit, cognoscere de supplicatione aduersus sententiam ab eo latam, à quo appellari non potest. Idq; soli Principi & præfecto Prætorio tribuunt.

Atqui



## XLVI.

Atqui similiter & hoc non iurisdictioni sed iuri regali adsignandum putamus.

## XLVII.

Magnum imperium mixtum vocitat, quod consistit in cognitione earum causarum, quæ vel plenam causæ cognitionem, vel coercitionem realem vel personalem desiderant: quales causæ sunt restitutio in integrum, mittere in bonorum possessionem ex secundo decreto, expellere aliquem possessione re ipsa.

## XLVIII.

At primum illud exemplum est iurisdictionis specialis, quæ imperio continetur, vt supra ostendimus. Alterum & tertium exemplum huic imperio relinquimus.

## XLIX.

Mixtum imperium paruum illud appellat, quod fit cum plena causæ cognitione, licet non habeat coercitionem realem vel personalem: vt dare bonorum possessionem quæ tribuit ius pronunciare de mittendo in possessionem è secundo decreto, interponere auctoritatem in alienationibus & transactionibus alimentorum.

## L.

Cæterum primum illud exemplum nec Vlpianus (a) huic imperio tribuere nobis videtur, secundum exemplum suo quidem sensu, mixto subijcimus imperio, non autem sequentia exempla.

a) l. 3. ff. de iurisd. et.

## LI.

Mixtum imperium minus definiunt cum Bartolo quod iudicis officio nobili expeditur, & summariam cognitionem requirit, & mandari potest, ac huic imperio assignant exempla quæ Macer Ictus habet. (a) At nostro iudicio malè, cum vnum saltem ex illis exemplis commodè mixto imperio accensere possimus quod est in ordine secundum, licet & illud suo modo speciali iurisdictioni annumerare queamus.

a) in l. pen. §. vlt. ff. de off. eius.

## LII.

Mixtum imperium minimum vocat Bartolus quod officio iudicis nobili sine vlla causæ cognitione expeditur, vt interponere auctoritatem manumissioni & emancipationi; cum tamen & hæc specialis sint iurisdictionis.

Succedit

## LIII.

Succedit imperium Merum: Merum imperium est potestas animæ aduertendi in facinorosos (a) publicæ vindictæ causâ data, (b) ita dictum, quod solum est & purum, neq; speciali iurisdictioni ita cohæret, vt ea mandata simul transeat, (c) atq; hoc imperium aliâs criminalis iurisdictioni appellari potest. (d)

a) l. 3. ff. de iurisdic. l. 1. ff. qui non poss. ad libertat. peruen. l. solent. 6. in pr. ff. de off. proconsul. l. 1. ff. de off. eius cui mandata est iurisdic. l. illicitas. 6. S. qui vniuersas. ibi gl. ius gladij & in metallum dandi. ff. de officio Præsidis (b) l. locatio. S. quod illicitè ff. de publican. l. congruit. 13. de officio Præsidis. (c) d. l. 1. & l. vlt. ff. de off. eius cui mand. Don. lib. 17. comment. c. 8. pag. 31. in fin. & pag. seq. lin. 38. Alij merum ideo vocari imperium putant, quod liberum sit, aliq; quod summum sit supremum atq; perfectum, aliq; quod sit verè meritissimum, & ad res grauiiores pertineat, quos omnes reprobat dominus Obrechtus disp. de iuridic. & imperio th. 202. 203. 204. 206. & 207. (d) per tex. in constit. de pace Constantiæ S. Nos Romanorum, ibi iurisdictioni tam in causis criminalibus quàm pecuniarijs l. 2. S. & quia. ibi de capite ciuis ius dicere. ff. de origine iuris. l. 1. in pr. vers. & ideo. ibi, iurisdictionem suam mandanti iuncta. l. vlt. ff. de off. eius. & l. 3. ff. de iurisdic. Dissentit dominus Obrechtus in disp. de iurisdic. & imperio thesi. 114. th. 118. 182. & 183.

## LIV.

Atq; hoc imperium pertinet tum ad facinorosi apprehensionem (a) & custodiam (b) tum ad criminis probationem, etiam eam, quæ fit per torturam, (c) tum ad ipsam criminis iudicationem, (d) & correctionem hominis facinorosi. (e)

a) Hæc enim cum æstimanda sit secundum causæ principalis qualitatem, meri imperij esse debet. Bald. Alex. Dec. ad dict. l. 3. ff. de iurisdic. Ang. ad l. 2. n. 1. ff. de in ius vocando. Facit huc quod vnumquodq; secundum sui finis naturam censeretur debet. l. cum aurum. S. perueniamus. ff. de auro & argento legato. l. sed etsi quid. 25. S. interdum. ff. de vsufructu. Bald. consil. 115. n. 1. vol. 1. (b) l. 1. ff. qui non possunt ad libert. peruen. Ang. ad d. l. 2. n. 1. ff. de in ius vocand. Vvesem. conf. 43 n. 77. sed Bart. n. 8. & las. n. 24. in d. l. 3. ff. de iurisdic. id negant (c) Bart. ad l. cum seruus. n. 6. ff. de condit. causa data, & ad l. interdum. 55. S. qui furem. n. 2. ff. de furt. Decius ad l. 3. n. 43. & ibid. las. vers. sed aduert. ff. de iurisdic. Chassan. in Consuetud. Burg. Rub. 1. n. 73. Myns. resp. 16. n. 22. decad. 2. (d) l. 1. in pr. ibi publici iudicij exercitationem, & vers. si à familia. ff. de off. eius cui mand. Chassan. in Consuet. Burg. Rub. 1. n. 76. Petrus Iacob. Aurel. in pract. aur. libell. Rub. 12. de iurisdic. n. 40. Donell. lib. 17. Com. c. 8. pag. 32. Ioan. Robert. lib. 4. sentent. c. 22. Dissent. Obrecht. in disp. de iurisdic. & imperio thesi 212. & thesi 111. & seqq. (e) d. l. 3.

*l. 3. ff. de iurisdic. leg. 1. in princ. ff. de officio eius cui mandata est iurisdic.*  
LV.

Non est hoc loco prætereundum, quod merum imperium iure Iustiniano alij singulariter mandari nequit: (a) licet Canones Episcopis alijsq; Prælati alij mandare illud ex communi Dd. sententia permittant. (b) Quod intelligendum tamen de pœnæ sanguinæ executione, non etiam de cæteris meri imperij partibus (c)

a) *l. 1. & l. ult. ff. de off. eius. l. solent. 6. in pr. l. si quid. 11. ff. de off. Procons. l. nemo. 70. ff. de Reg. iur. volunt tamen nonnulli ex consuetudine generali hodie merum imperium rectè mandari. Cagnol. ad l. nemo potest. ff. de R. l. Iul. Clarus. §. fin. q. 41. n. 1. Henn. Gæd. conf. 39. n. 12. & Ioan. Schneid. de F. p. 2. n. 76. (b) c. Episcopus. t. ne Clerici vel Monachi in 6. c. pen. t. de off. Vicarij. in 6. c. in Archiepiscopatu. E. de raptor. c. quo sedem. 10. & c. ult. E. de off. ord. Guid. Pap. q. 624. Vvesemb. in Parat. ff. de iurisdic. n. 11. Costal. ad l. 1. ff. de off. eius. Sed vide Didac. Co-uarr. lib. 3. variar. resolut. c. ult. Muscorn. tr. de iurisdic. n. 232. Alciat. ad d. c. quod sedem. E. de off. ord. (c) c. ult. §. is autem. vers. præterquam. E. de off. & potest. de leg. c. Pastoralis E. de off. ord. Muscorn. tr. de iurisdic. n. 132.*

## LVI.

Cui verò obtigit exercitio legis Iulix de vi, is eam in casu absentix suæ alij mandare potest: (a) non solùm causæ illius examinationem, sed & pronunciationem. (b)

a) *d. l. 1. in pr. ff. de off. eius (b) quia notio causæ complectitur etiam pronunciationem. l. 3. §. cognoscit. ff. de off. præfect. vigil.*

## LVII.

Quia autem legis Iulix de vi exercitio, is, cui ea obtigit, mandare alij potest, si abesse cœperit (a) quæri solet, an hoc etiam de alijs publicorum iudiciorum legibus intelligendum sit? Nos id ex Iustiniano iure negamus, cum iure singulari in casu de vi permissum sit, & mandari merum imperium possit: (b) Ex iure autem Carolino affirmamus. (c)

a) *l. 1. ff. de off. eius. (b) l. quod verò. 14. l. in his. 15. & l. seq. ff. de legib. (c) Peinliche Halsgerichtsordnung. art. 2.*

## LVIII.

Ex eadem ratione, Iustinianum si prodamus ius, non prodamus interpretum quorundam opinionem, qua volunt, quod ob huius occupationes merum imperium alij mandare quis possit. Iure autem Carolinoid fieri posse non dubitamus. Peinliche Halsgerichtsordnung. art. 1. & 2.

## LIX.

Ob infirmitatem tamen cum Bartolo contra Fulgosium & alios, merum imperium alij rectè mandari censemus, tum quòd eadem est ratio infirmi, quæ absentis, tum quia infirmus præsens suo consilio mandatarium iuuare potest. Hæc sententia iure Carolino dubio caret. *Peinliche Halsgerichtsordnung. art. 2.*

## LX.

Diuisionem meri imperij ab interpretibus confictam, qua in gradus distinguuntur quatuor secundum quatuor Elementa, vt quòd magistratus illud exercet, vel in aère, vel in igne, vel in aqua, vel in terra, vt nouam, vt autoribus iuris contrariam, (a) vt incertam planè reijcimus.

a) *in l. 6. §. vlt. l. 7. l. 8. l. capitalium. 28. ff. de pæn. 6. quippe cum nonnullæ pænæ, quas in terra imponi aiunt, etiam in aère infligi possunt, vt decollatio, suffigatio, &c.*

## LXI.

Reijcimus item meri imperij hanc diuisionem, qua illud Bartolus secat in gradus sex, maximum, maius, magnum, paruum, minus & minimum. Maximum enim quod vocat Imperium, toto genere differt à mero imperio, siquidem leges condere sit iuris regalis, (a) & cæteri gradus alieni sunt ab his, quos iuris autores tradunt. (b) Quintus item gradus, qui modica coërcitione continetur, incidit in imperium mixtum. (c) Multæ quoq; dictio, cui vltimum tribuit gradum, plerunq; similiter mixti est imperij, vt supra ostendimus; Interdum tamen est imperij meri. (d)

a) *per l. vlt. §. 1. C. de leg. §. sed & quod principi placuit, inst. de iur. Nat. Gent. & ciu.* (b) *in d. l. capitalium. 28. l. si quis. 6. §. vlt. & l. 7. l. 8. ff. de pæn.* (c) *l. vlt. ff. de off. eius.* (d) *Cum sc. ob crimen aliquod extra ordinem ex officio ad publicam vindictam infligitur. l. vlt. §. nec tamen. C. de modo multarum. Bart. n. 12. las. n. 24. vers. Quartus & vltimus. Decius n. 52. in fin. ad l. 3 ff. de iurisdic. Pertinet huc Angeli sententia ad d. l. 3 n. 5. & 6. C. d. r. quod quandoq; caussa tractatur de puniendo facinoroso ad publicam vindictam, illa causa sit de mero imperio.*

## LXII.

Hactenus de iurisdictionis differentia & qualitate. Sequitur nunc, quomodo acquiratur iurisdictionis, & acquisita exerceatur. Acquiratur iurisdictionis vel acquisitione magistratus, (a) vel speciali quadam lege vel concessione Principis, (b) vel præscriptione, (c)

a) *l. 1. in pr. ff. de off. eius. l. more. §. l. magistratibus. 12. & l. seq. ff. de iurisdic.*

dict. l. cum Prator. 12. in princ. ff. de iudicij. (b) d. l. 1. in pr. ff. de off. eius l. cum Prator. 12. §. 1. ff. de iudic. l. tuto. 6. §. tutoris datio. ff. de tutel.

## LXIII.

Et potest hodie Princeps etiam inferior non modò specialem iurisdictionem, sed & merum imperium alicui in feudum concedere.

Matth. Coler. Tract. de process. executiu. part. 2. cap. 1. n. 112.

## LXIV.

Sed quæstionis est, si Princeps nobili iurisdictionem in feudum concesserit hoc modò: *Wir belehnen in diesem Flecken mit dem Gericht* an censeatur concessisse, non ordinariam tantum, sed & extraordinariam iurisdictionem, & imperium merum? Remur autem iure iustiniano ordinariam solum concessam iurisdictionem, non extraordinariam, non imperium merum, siue lucratiua siue onerosa sit illa concessio, (a) quamuis aliud sit interpp. iudicium, aliud item ius hodiernum suadeat. (b)

a) per d. l. 1. in pr. l. 3. in pr. & l. vlt. ff. de off. eius. l. 5. ff. de iurisdic. l. si quid 11. ff. de off. Procons. c. 2. r. de off. Vicarij. in 6. Quod enim specialiter & nominatim concedi debet, generali concessione non censetur translatum. c. in generali. t. de R. l. in 6. c. vlt. t. de off. vicarij. in 6. l. obligatione. 6. ff. de pign. & hypoth. l. quero. 39. ff. de act. empti. l. 4. §. quæsitum. ff. si quis cautionibus. l. 1. §. inter. l. Diuus. 15. §. 1. ff. de leg. Cornel. de fals. l. si quando. 35. §. & generaliter. C. de inoff. test. & quod specialiter fieri debet, si generaliter fiat, haud rectè fieri dicitur. d. l. 4. §. quæsitum. ff. si quis caut. Facit huc, quòd feudi concessio stricti iuris est. per l. eum. 22. ff. de donat. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & alia iuris fundamenta. Deniq; rationibus hisce adijcimus quoq; auctoritatem Zasij ad l. 3. n. 11. Curtij ibidem n. 42. Ang. n. 8. ff. de iurisdic. Cassan. in consuet. Burgund. Rub. 1. n. 19. pag. 77. (b) Laurent. Kirchoff cent. 5. commun. opin. conclus. 58. Grass. lib. 2. opin. commun. c. 7. Vvesemb. consil. 95. n. 18. & seq. & Didac. Couar. lib. pract. q. c. 1. n. 10. Hodie magistratus, capitis animaduersionem iure magistratus habet ex eo ipso quod illis honor hic delatus est Cuiac. ad l. 2. §. Deindè cum erarium, in verbo, consulibus. ff. de origine iuris.

## LXV.

Idem quoq; sentimus, si Princeps dixerit omnem vel omnimodam iurisdictionem ei concedimus in feudum, *Wir belehnen ihne mit allem Gerichte/oder mit aller Obrigkeit* (a) licet interpretes aliud velint. (b)

a) tum quia verbum omnimoda iunctum voci iurisdictioni significat vniuersam tantum & omnem iurisdictionem specialem l. solet. 16. & l. seq. ff. de iurisdic. Bald. ad c. quando. n. 7. in fin. ext. de iudic. tum quia nihil refert genus simpliciter & indefinitè vel cum adiectione dictionis vniuersalis ponatur, quippe cum

2 2

definitum

definitum equipollet vniuersali. l. 4. vbi Baldus. ff. de tutel. l. si plures. 98. ff. de legatis. 3. Dominus Obrechtus thesi. 57. 58. & 59. asserit criminalem quoq; hoc modo tributam iurisdictionem, non autem imperium merum, eo quod merum imperium iurisdictionis voce non contineatur. (b) glos. in Clem. vnica in verbo omnimodam. t. de foro competenti. las. add. l. 3. n. 14. ff. de iurisdic. & ibid. etiam Longouallius pag. 218. Didac. Couarrus. lib. pract. q. c. 1. n. 10. Chassan. in consuet. Burg. Rub. 7. n. 19.

## LXVI.

Si dixerit Princeps, Wir belehnen ihne mit dem hohen vnd niderigen Gericht / vel, mit hoher vnd nideriger Obrigkeit / dubitandum non est quin merum quoq; imperium concesserit: (a) vt & si plenissimam alicui iurisdictionem concesserit. (b)

a) ex communi enim loquendi vsu, ex quo semper exaudienda sunt verba, isthac oratio, & specialem iurisdictionem & omne imperium significat, Dom. Obr. thesi 62. & seq. (b) per l. si in alieno in fin. iunctis duab. leg. seqq. ff. de officio proconsulis.

## LXVII.

Quæritur & illud: an concessa omni vel omnimodâ (inter hæc enim, inuito Iasone, non distinguimus) iurisdictione videantur etiam regalia concessa? Negantium opinioni subscribere non dubitamus.

Tum quia iurisdic. & regalia toto genere differunt, tum per text. in c. in generali. t. de R. l. in 6. & c. quod translationem E. de off. deleg.

## LXVIII.

Quid verò, nunquid sub nomine Lands vnd Fürstlicher Obrigkeit etiam regalia continentur? De omnibus certè regalibus affirmare etiam noua Imperialis constitutio vetat. (Reichsabschied / anno 1576. S. dardurch dann. promulgat.)

## LXIX.

Est & illa multum anceps quæstio, an concessa in feudum iurisdictione, priuatiuè, an cumlatiuè concessa putetur? Nos eam priuatiuè concessam intelligi existimamus.

Tum quia feudum est instar vsusfructus. tit. 23. §. vlt. lib. 2. feud. qui alicui concessus ad solum vsusfructuariū pertinet, non etiam ad proprietatis dominum. Tum quia Vasallus in subinfeudatum iurisdictionem habet, non dominus superior tit. 55. §. in super. vers. illud quoq; lib. 2. Feud. Tum quod in vindicando prædio feudali Vasallus domino præfertur. arg. l. 2. l. 3. ff. si ager vectig. Vuesenb. consil. 95. n. 27. Colerus de process. execut. part. 2. c. 2. n. 132. sed vide omnino Ioach. Myns. cent. 6. obseru. 99.

Non

## LXX.

Non est hoc loco illa omittenda quaestio: an concessa Iurisdictione in aliquo pago, eadem extendatur ad incolas, quibus post concessionem pagus adiunctus est? Id quod adfirmamus, si concessio per verbum, pagus, oppidum vel vniuersitas, facta sit (a) nisi certi limites sint nominati. (b)

a) arg. l. 2. & l. adificia. 139. ff. de V. S. Nam vt imminutio populi ius & conditionem vniuersitatis non tollit, ita nec eius incrementum. l. sicut municipium. 7. S. vlt. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. l. proponebatur. 76. vers. & populum eundem. ff. de Iudic: Et noui ciues eadem vniuersitate continentur. l. Grege legato. 21. & l. seq. ff. de leg. 1. l. cum fundus. 10. ff. de leg. 2. Facit huc c. accessorium de R. I. in 6. & doctrina Baldi, in d. l. cum fundus. 10. ff. de legat. 2. (b) arg. l. in agris limitatis. 16. ff. de acquir. rer. dom. Didacus Couarruuias lib. Practic. quaestion. cap. 2.

## LXXI.

Quod attinet praescriptionem, siue ordinaria siue extraordinaria sit Iurisdictione, eam longi temporis praescriptione acquiri arbitramur, si fuerit ciuilibis, (a) non Ecclesiastica, quae annorum 40. praescriptionem desiderat. (b) Et si extraordinariae Iurisdictionis possessio absque titulo habeatur, & contra Principem fiat praescriptio, tantum requiritur temporis, cuius initij memoria non extat. (c)

a) l. viros. 8. ibi. ex longo tempore, & ibi DD. C. de diuers. offic. & apparitor. l. vlt. ibi. quibus id facere vel lege vel longa consuetudine permissum est. C. de emancip. liber. l. testamenta. 18. C. de testam. l. certi iuris. C. de Iurisd. c. cum contingat. ibi. ex indulgentia vel consuetudine speciali E. de foro comp. c. dilecti. E. de arbitr. (b) per c. 1. tit. de praescript. in 6. c. de quanta. c. ad aures. c. illud. E. d. t. (c) c. 1. in f. E. de praescript. in 6. c. super quibusdam. vers. Praterea. 2. de V. S. Balbus. de praescript. part. 2. princip. 5. quaest. 3. num. 4. pag. 410. Didac. Couarruuias ad c. possessor. de R. I. in 6. part. relect. 2. §. 2. n. 8. & §. 3. n. 3. Petr. Gregorius Syntag. l. lib. 43. c. 21. n. 30.

## LXXII.

Vt tamen magistratus sit, non priuatus, qui praescribit, necesse putamus.

per l. 3. C. de Iurisd.

z 3

Acqui-

## LXXIII.

Acquisita Iurisdictione exercetur in personas & res Iurisdictioni subditas. Clerici Iudici Ecclesiastico, laici laico Iudici suppositi sunt, milites militari Iudici, (a) Scholaris Reçtori. (b)

a) *l. pen. C. de pact. l. si quis. 7. ff. de Iudic. l. magisteria. 6. C. de Iurisd. c. 1. & t. E. de for. comp. (b) Auth. Habita inf. C. ne filius pro patre. Vide lat. Hugo Donell. lib. 17. comment. cap. XI. & XII. & XX.*

## LXXIV.

Ratione quoq; domicilij subijcitur quis Iurisdictioni alicuius: (a) Item ratione contractus, (b) & delicti. (c) Quinetiam reus criminis, vbi deprehenditur, ibi Iudicem habet. (d)

a) *l. 2. c. de Iurisd. l. vlt. vbi Ioann. Sichard. C. vbi in rem act. c. cum sit generale. E. de for. comp. (b) l. heres. 19. & l. seq. C. de Iudic. l. 2. C. vbi quis de curial. l. un. C. vbi de poss. ag. vide Donell. lib. 17. comm. 6. 14. & seq. (c) l. 2. C. vbi de crim. ag. de. l. 3. ff. de re milit. l. 1. C. vbi seruat. l. cum aliquid. 8. l. vniuersi. 9. & l. seq. C. vbi caus. fiscal. Vide Don. lib. 17. c. 16. (d) l. 1. C. vbi de crim. l. 1. C. vbi quis de Curial. Diss. Accurs. & Br. per l. in crim. 5. C. de Iurisd. & d. l. 2. C. vbi de crim. ag. oport.*

## LXXV.

Etsi verò priuatorum consensus Iudicem non faciat eum, qui nulli præest iudicio, (a) attamen Iurisdictionem alicuius prorogare potest, tam tacitè, (b) quàm expressè, (c) modò causa talis sit, quam Iudex ille vi Iurisdictionis inter suæ Iurisdictioni suppositos tractare potest. (d)

a) *l. 3. C. de Iurisd. (b) Tacitè prorogatur alicuius Iurisdictione, cum quis patitur coram Iudice incompetente se conueniri. arg. l. si per errorem. 15. ff. de Iurisd. Dissentit Zasius ibid. n. 20. aut reconuenitur in alieno foro. l. si idem. 11. §. 1. ff. de Iurisd. Vide Don. lib. 17. comm. c. 18. pag. 81. limit. 10. & seqq. (c) l. est receptum. 14. ff. de Iurisd. l. 1. ff. de Iudic. (d) per Gl. in c. si qui. tit. de præbend. in 6. l. solemus. 61. in f. ff. de Iudic. Zasius ad l. si per errorem. 15. n. 6. & 7. ff. de Iurisd. facit l. 1. ff. de postul. Vide Sichard. ad l. 1. n. 12. C. de Iurisd. Vide quoq; Donell. lib. 17. comment. c. 10.*

## LXXVI.

Si tamen conuenerit, vt non competens Iudex de causa cognosceret, & pronunciaret, & priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit, procul dubio nemo compelletur, eiusmodi conuentioni stare. (a) Et si alius Iudex per errorem pro alio fuerit aditus, nihil valebit, quod actum est. (b)

a) *l. si conuenerit. 18. ff. de Iurisd. (b) d. l. si per errorem. 15. ff. d. t.*

Quod



## LXXVII.

Quod attinet res, in quas exercetur Iurisdictione, in his certè spectamus tum locum, ubi res litigiosa est sita, quippe cum ibi competens forum & iudicium datur, (a) tum qualitatem earum, nam res Ecclesiasticæ ad Iudicem Ecclesiasticum pertinent, (b) causæ feudales ad dominum, si inter Vasallos, ad pares Curia, si inter dominum & Vasallum lis sit: (c) tum etiam quantitatem quæ petitur, cum Iudex summam Iurisdictionis concessione definitam excedere non possit. (d)

a) l. 1. l. ult. C. ubi in rem act. l. quod legatur. 38. ff. de Iudic. c. 3. E. de for. compet. Vide Don. lib. 17. comment. cap. 17. & seq. (b) c. si clericus. & cc. seqq. c. licet. E. d. t. (c) tit. 55. in fin. lib. 2. F. Andr. Gail. lib. 1. obseru. practic. obs. 1. n. 54. (d) l. si idem. 21. ff. de Iurisd. §. sed hoc Iure Inst. de Attil. tutor.

## LXXVIII.

Extra suum territorium Iudex si Iurisdictionem exercere velit, ei impunè non paretur: (a) Par quoq; in parem nullam habet potestatem, nec etiam in superiorem: omnesq; magistratus superioribus, æquales obseruare, imperare verò inferiorib. tantum debent. (b)

a) l. ult. ubi Zas. ff. de Iurisd. (b) d. l. ult. in f. d. t. l. 3. §. fin. l. 4. ff. de recept. l. iudicium. 58. ff. de Iudic. l. maior. 18. ff. de munerib. c. cum non liceat. & c. cum ex off. E. de præscript. l. apud. 14. ff. de manumiss. l. 1. §. si quis. ff. de appell. Bodin. lib. 3. de Republ. c. 4.

## LXXIX.

Restat, quomodo amittatur, & finiatur Iurisdictione. Propria Iurisdictione hodiè amittitur non vtendo, vt si ab alio interuersa alicuius magistratus fuerit quasi possessio Iurisdictionis, atq; alius ille vsum Iurisdictionis alienæ legitimo tempore firmauerit, (a) Amittitur item nimia in subditos asperitate. (b) Mandata Iurisdictione finitur morte eius, cui mandata est, vt & mandantis morte, re adhuc integra. (c) tum etiam reuocatione. (d)

a) arg. l. alienationis. 28. §. 1. ff. d. V. §. l. sequitur. 4. §. si vicum. ff. de vsurpat. & vsucap. c. ex transmissa, & ibi gl. c. ex terrore E. de for. compet. gl. in c. literis. E. de off. deleg. c. cum personæ. t. de priuil. in 6. Longouall. ad l. 3. in f. ff. de Iurisd. Vues. in Parat. ff. t. de Iurisd. n. 14. Calvin. tr. de Iurisd. pag. 622. n. 11. (b) arg. l. dominorum. Inst. qui sui vel alieni Iuris. l. 2. & ibi. Bald. ff. eod. l. 1. C. de emendat. seru. Myns Cent. 5. obs. 8. Gail. lib. 1. obs. 17. n. 2. (c) c. pen. E. de off. deleg. l. & quia. 6. ubi Goueanus, ff. h. t. de Iurisd. Don. lib. 17. com. c. 9. in fin. (d) arg. l. solet. 6. §. 1. ff. de off. procons. & facit. §. rectè. Inst. de mandat. Donell. d. c. 9. in f. Vuesenb. in Parat. ff. de Iurisd. n. 13. vide Gœddeum ad c. 1. n. 58. E. de sequest. possess.

Procon-

Proconsulis tamen morte non amittebat eius Legatus Iurisdictionem mandatam: (a) nec poterat legato suo Proconsul inconsulto Principe Iurisdictionem adimere. (b) Dati verò Iudicis potestas iudicandi non soluitur morte eius, qui dedit: (c) quavis reuocatione soluitur. (d)

a) Cuiac. in lib. 2. Pauli ad edict. pag. 21. in f. & 22. in pr. & ad d. l. etiam. 6. ff. de Iurisdic. (b) d. l. solet. 6. §. 1. ff. de off. Procons. (c) l. venditor. 49. §. 1. ff. de Iudic. Cuiac. ad d. l. etiam 6. ff. de Iurisdic. (d) l. Iudicium. 58. ff. de Iudic.

D. CASPARI VUAGNERO,  
FRANCO, I. CAND. POETÆ  
ET PHILOGO,

IACOB. ROSEFELDVS. P. L.

**M**ysta quod Eunomie, quòd vates carmine clares,  
Declaras ausis illud vtrumq; tuis.  
O decus: ô magni magnum patris incrementum:  
Ingenio iuuenis vel sene digna patras.  
Quando Sibyllinos olim transcenderis annos,  
Quantus eris vates, Mystaq; quantus eris?  
Quæ facis, Ardalides ediscent carmina, Leges  
Quas recitas, cupiet sic recitare Themis.

FINIS DISPUTATIONIS  
NON Æ.

Ka 3071

(3/4)


ULB Halle 3  
003 261 573




sb

Einband. 3/1.







B.I.G.

Farbkarte #13

Disputatio IX.

299

IRISDICTIONE.

2<sup>VA</sup> M,

auspice ac Duce Deo,

PRÆSIDE,

Cl. ac consultissimo U.

HENRICO BO-

SALCATENO, IV-  
VLTO ET ANTECESSO-

fessore celeberrimo in Academia Tubingensi:  
Domino Præceptore suo obser-  
uando,

RII EXERCITII GRATIA  
torio consueto, tempore & hora statim,  
proponit

R VAAGNERVS, FRANCVS,  
POETA CORONATVS.



TUBINGÆ,

Georgius Gruppenbachius.

ANNO MD. CD. IC.